Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

Sancti Basilii de sermone in beatum Barlaam: cuius initium est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

ANNO CHRISTI 787.

παράγγελμα· οὗ καὶ αὐτοῦ ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς εἰς γῆν ἐξεπήδησεν, αὐτός τε κατεσχέθη διακαεῖ πυρετῷ. οἱ δὲ συνόντες αὐτῷ ὡς ὀξέως ἔχοντα ἀνέλαβον, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἀπήγαγον. ταῦτα ἡμῖν διηγήσαντο ἐπανελθόντες εἰς τὴν Κύπρον οἱ ἄνδρες, τριάκοντα δύο ὑπάρχοντες τὸν ἀριθμόν.

Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Κατάνης ἐπέδωκε βίβλον· ἣν λαβὼν Γρηγόριος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, ἀνέγνω.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ εἰς τὸν μακάριον Βαρλαὰμ τὸν μάρτυρα· οὗ ἡ ἀρχή.

Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι. Καὶ μεθ' ἕτερα. ἀνάστητέ μοι νῦν ὦ λαμπροὶ τῶν ἀθλητικῶν κατορθωμάτων ζωγράφοι, καὶ τὴν τοῦ στρατιώτου κολοβωθεῖσαν εἰκόνα ταῖς ὑμετέραις μεγαλύνατε τέχναις. ἀμαυρότερον παρ' ἐμοῦ τὸν στεφανίτην γραφέντα τοῖς τῆς ὑμετέρας σοφίας περιλάμψατε χρώμασιν. ἀπέλθω τῇ τῶν ἀριστευμάτων τοῦ μάρτυρος παρ' ὑμῶν νενικημένος γραφῇ· χαίρω τῇ τοιαύτῃ τῆς ὑμετέρας ἰσχύος σήμερον ἡττώμενος νίκῃ. ἴδω τῆς χειρὸς πρὸς τὸ πῦρ ἀκριβέστερον παρ' ὑμῶν γραφομένην τὴν πάλην. ἴδω φαιδρότερον ἐπὶ τῆς ὑμετέρας τὸν παλαιστὴν γεγραμμένον εἰκόνος. κλαυσάτωσαν δαίμονες καὶ νῦν ταῖς τοῦ μάρτυρος ἀριστείαις πληττόμενοι. φλεγομένη πάλιν αὐτοῖς ἡ χεὶρ καὶ νικῶσα δεικνύσθω. ἐγγραφέσθω τῷ πίνακι καὶ ὁ τῶν παλαισμάτων ἀγωνοθέτης Χριστός· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Κωνσταντῖνος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ νοτάριος ἀνέγνω.

Protinus ergo & ſuus dexter oculus in terram exiliit, idemque ignea eſt febre detentus. Hi autem qui ſimul cum illo aderant, acute illum ægrotaſſe videntes, tulerunt, & ad ciuitatem ipſius reduxerunt. Hæc nobis retulerunt viri qui remearunt ad Cyprum, numero triginta duo.

Theodorus ſanctiſſimus epiſcopus Catanæ tradidit librum: quem accipiens Gregorius Deo amabilis diaconus ſanctiſſimorum & laudatiſſimorum apoſtolorum, legit.

Sancti Baſilii de ſermone in beatum Barlaam: cuius initium eſt.

Prius quidem ſanctorum mortes. Et poſt alia. Aſſurgite nunc mihi, o clariſſimi athleticarum virtutum pictores, & militis abbreuiatam imaginem veſtris magnificate artibus. obſcurius a me, qui coronatus eſt, ſcriptum, veſtræ ſapientiæ fulgorate coloribus. Ibo in victoriarum martyris per vos pictura victus: gaudebo tali veſtræ fortitudinis hodie victoria ſuperatus. Videbo manus ad ignem ſubtilius a vobis depictum certamen. Videbo clariorem in veſtra depictum imagine luctatorem. Plorent dæmones, martyris factis fortibus & nunc perculſi. combuſta illis manus & vincens oſtendatur: & pingatur in tabula ſimiliter & ipſe agonotheta luctaminum Chriſtus, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Conſtantinus Deo amabilis diaconus & notarius legit.

* Extat antiquus codex Vat. in quo multæ patrum ſententiæ præter eas quæ hic habentur, & in hac Synodo recitatæ ſunt, inſertæ videntur. Nam neque ordini interlocutionũ reſpondẽt, neque in vllo alio codice repertæ ſunt. ex inſertis vna eſſe videtur hæc Photini narratio, cum non in omnibus huius Synodi libris legatur.

* Photini Deo amabilis preſbyteri & defenſoris ſanctiſſimæ magnæque eccleſiæ Conſtantinopoleos.

De vita ſanctæ memoriæ Ioannis Ieiunatoris, qui fuit epiſcopus eiuſdem vrbis.

Adhuc nec hoc lateat miraculum, nec indulgeamus egregio patri hoc dudum maxime celare acceleranti. Nam nox quidem erat, & deambulabamus cum velocitate multa, vtpote in terram vltra poſitam Mauricium imperatorem adituri: Mauricium, qui dudum quidem iuſtiſſimus & mitiſſimus fuit, nunc autem & martyr. hoc enim profundiſſimus ei draco & tyrannus etiam nolendo donauit. Cum ergo feſtine ambularemus, mulier quædam ſpecioſa valde, tam veſte, quam vultu & anima, quæ diues admodum fuerat, ſed non putabatur propter calamitatem quæ inerat ei, procul apparuit mihi mixta cum multitudine fratrum noſtrorum pauperum, quæ * perſecutionem ab his paſſa, qui ſuper iſto erant ordinati, nequaquam recedebat, ſed cum lacrymis, licet verecundata propter naturam, neceſſitatis tamen cauſa impudenter inferebat moleſtiam. His viſis ordinem in quo fueram deputatus, relinquo, & apprehendo mulierem, & quidnam vellet, interrogabam. At illa: Virum, inquit, habeo & dæmonium habet: & tertius annus eſt iſte, ex quo denis millibus, vt ita dicam, venerabilibus locis & religioſis hominibus hunc miſerum obtuli, &

* *Gr.* reiecta ab his

* Φωτεινοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου καὶ ἐκκλησιεκδίκου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως.

Ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ ἐπισκόπου γενομένου τῆς αὐτῆς πόλεως.

Ἔτι μηδὲ τοῦτο διαλαθέτω τὸ θαῦμα, μηδὲ συγχωρῶμεν τῷ θεσπεσίῳ πατρὶ, τοῦτο δὴ μάλιστα συνεπικρύψαι σπουδάζοντι. νὺξ μὲν γὰρ ἦν, καὶ διεπορευόμεθα σὺν τάχει πολλῷ, ὡς δὴ κατὰ τὴν ἀντιπέραν γῆν Μαυρίκιον τὸν βασιλέα καταληψόμενοι· Μαυρίκιον τὸν πάλαι μὲν δικαιότατον καὶ πρᾳότατον, νῦν δὲ ἤδη καὶ μάρτυρα. τοῦτο γὰρ ὁ βύθιος αὐτῷ δράκων ὁ τύραννος καὶ μὴ βουλόμενος ἐχαρίσατο. καὶ τοίνυν σπουδῇ ἐβαδίζομεν· γυνὴ δέ τις ὡραία σφόδρα καὶ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ πλουσία λίαν οὖσα μὲν, οὐ δοκοῦσα δὲ διὰ τὴν συνοικοῦσαν αὐτῇ συμφορὰν, πόρρωθεν ἑωρᾶτό μοι συναναφυρομένη τῷ πλήθει τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν πτωχῶν. διωκομένη γὰρ παρὰ τῶν ἐπὶ τούτοις τεταγμένων, οὐδαμῶς ἐνεδίδου, ἀλλά τοι μετὰ δακρύων αἰδουμένη διὰ τὴν φύσιν, διὰ τὴν ἀνάγκην ἀναιδῶς παρηνώχλει. ταῦτα ὁρῶν, τὴν τάξιν ἣν ἐτετάγμην, καταλιμπάνω, καὶ καταλαμβάνω τὴν ἄνθρωπον· καὶ ὅ,τι βούλοιτο ἂν, ἐπυνθανόμην. ἡ δέ· ἄνδρα ἔχω, φησὶ, καὶ δαιμόνιον ἔχει· τρίτον ἔτος ἤδη τουτό γε· καὶ μυρίοις, ὡς εἰπεῖν, ἁγιέσι τόποις καὶ εὐλαβέσιν ἀνθρώποις προσαγαγοῦσα τὸν ἄθλιον, ἴσχυσα

πλέον